

Eb. Jakob von Trier an NvK. Er drängt ihn, den Archidiaconat von Brabant seinem Bruder Philipp von Sierck zu überlassen.

Entwurf, Papierblatt: KOBLENZ, LHA, 1 C 16205 f. 127^m; von der Hand des Kanzlers Johannes Lm^x (s.o. Nr. 2924). Einzelne Korrekturen und Ergänzungen Eb. Jakobs sind von uns mit der Sigle J gekennzeichnet.

Druck: Koch, Briefwechsel 91-93 Nr. 27.

Erw.: Roßmann, Betrachtungen 399; Koch, Briefwechsel 21 Nr. 10; Koch, Umwelt 89.

Omnimoda recommendacione premissa. Reve^{me} in Christo pater, domine et fautor singularissime.

Dedimus pridie ad v.r.p. per quendam Iohannem Helm de Merle¹⁾ litteras nostras²⁾, in quibus pro dimittendo archidiaconatum vestrum in ecclesia Leodiensi pro germano nostro vestram r.p. rogatum fecimus, introducentes rationes aliquas, que ad in cito faciendum animum v.r.p. merito nostro videre possent inclinare, viso quod pridem in hoc libenter germano nostro complacere addixistis, quam 5 primum cum duce Austrie pacificari poteritis. Audivimus eundem Iohannem non reperisse v.r.p., cum ad Romanam curiam per diocesim vestram iter faceret, fortassis quia ad serenissimum principem, dominum meum Romanorum imperatorem, vos eo tempore direxeritis.³⁾ Tenemus tamen de certo, idem Iohannes litteras nostras predictas v.r.p. accuratissime reddere curavit.

Preterea venerabilis magister Iohannes de Lysura⁴⁾ prepositus nobis significare non cessavit, quantam 10 promptitudinem in rebus nostris obtuleritis, que res certe nobis gratissima est, atque attente rogamus v.r.p., placeat res nostras atque germani nostri taliter suscipere promovendas, ut cito, cum in eo statu sitis, quo id facile promovere poteritis, bonum aliquem et notabilem consequantur effectum, et maxime in dimittendo archidiaconatum predictum pro eodem germano nostro.

Non dubitamus, illustris dominus Sigismundus dux Austrie v.r.p. inpresenciarum amice prosequatur et 15 sincere, adeo ut vestre diocesis tanto sitis possessor magis pacificus, que res eciam ad dimittendum archidiaconatum pro germano tanto debebit facilius v.r.p. invitare. Et si quo ad ecclesiam Brixinensem cum duce predicto nondum per omnia fueritis contentus, licet in ea re diligenter laboraverimus⁵⁾, non tamen cessabimus in quibuscumque aliis rebus vestris similiter quo ad notabiliores ecclesias pro v.r.p. vires interponere nostras, ubi id nostra possibilitate facere valebimus. 20

Super predictis omnibus, presertim de littera per Iohannem Helm ad vos missa, quantocius responde-
re placeat, eciam si id per proprium nuncium fiat; illi sallarum pro suo viatico persolvemus. Si eciam aliqua illis in partibus digne scribenda occurrerent, communicare velitis. Apud partes istas de dei gracia singulari feliciter diriguntur. Altissimus v.r.p. diu prospere conservare dignetur. Datum ultima ianuarii.

Reverendissimo in Christo patri ac domino, domino N. tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte 25 Romane ecclesie presbitero cardinali, domino et fautori singularissimo.

2 pro: *ü.d.Z. ergänzt.* 3 nostro: *folgt getilgt* nobili Philippo de Sirck preposito Treverensi. 4 cito: *ü.d.Z. ergänzt.* 5 viso – 6 poteritis: *a.R. ergänzt.* | in hoc: *ü.d.Z. korr. aus getilgt* id J. | libenter: *folgt getilgt* facere volebatis et eadem J. | nostro: *folgt getilgt* addixistis J. 7 iter: *ü.d.Z. ergänzt.* 9 curavit: *korr. aus* curabit. 10 venerabilis: *ü.d.Z. ergänzt.* 11 promptitudinem: *folgt getilgt* negociis, *ergänzt* in rebus nostris, *sodann getilgt* nosztis sibi commissis cordialiter (*verbessert aus* cordialibus) adesse et ea promovere. 12 nostri: *folgt getilgt* maxime. | cum – 13 poteritis: *ü.d.Z. korr. aus getilgt* cum aliquo bono et notabili veniant e. 16 sitis: *folgt getilgt* magis *und vor* pacificus *ergänzt.* | ad dimittendum: *korr. aus* pro dimittendo. 17 pro: *folgt getilgt* germano. 24 diu: *folgt getilgt* feliciter. 25 Reverendissimo – 26 singularissimo: *auf der Rückseite f. 127.* | ac: *ü.d.Z.* | domino²⁾: *ü.d.Z.; kopfstehend am unteren Zeilenrand:* Cuse ultimo sic est scriptum J.

1) S.o. Nr. 2924 Anm. 4.

2) Nr. 2924.

3) Zu dem auf 1452 XI 11 angesetzten Tag in Wien.

4) Johannes von Lieser, Propst zu Mariengreden in Mainz, Rat Eb. Jakobs von Trier; vgl. unten Nr. 3411 Anm. 1.

5) Vgl. etwa Nr. 906-908.